



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Breuiarius Moguntiu[m]**

**[Straßburg], [ca. 1500]**

L. ij

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

etan. Qui iectan genuit el-  
modad et saleph et asermoth  
iare et adura et vshal et deela  
et hebal et abimabel laba et  
ophir et euila et iobab. Des-  
cendi filii iectan. Tu. **Nocte**

**A** facta est **xxxij. Lco. i.**  
habitaro eorum de mes-  
sa pgentibus usque sephar in or-  
tem orientalem. Isti sunt filii  
sem secundum cognationes et linguas  
et regiones in gentibus suis.

De familie noe iuxta popu-  
los et nationes suas. Ab his  
diuise sunt gentes in terra post  
diluuium. **L. Sen. xi. ca. L. ii.**

**R**at autem terra labii unius et  
semionum eorum. Quiaque per-  
ficerent de oriente: inuene-  
runt campum in terra sennaar:  
et habitauerunt in eo. Dixit  
que alter ad primum suum Veni-  
te faciamus lateres: et coqua-  
mus eos igni. Habueruntque  
lateres pro saxis: et bitumen pro  
cerneto: et dixerunt. Venite  
faciamus nobis ciuitates et  
turrem cuiusculmen pertingat  
usque ad celum et celebremus nos  
men nostrum antequam diuida-  
mur in uniuersas terras. **L. iii.**

**D**escendit autem dominus  
ut videret ciuitatem et turre-  
m quam edificabant filii adam: et

dixit. Ecce unus est populus  
et unum est labium omnibus. Cepe-  
runtque hoc facere: nec desiste-  
rent a cogitationibus suis donec  
nec eas opere compleant. Ve-  
nite igitur descendamus et confu-  
damus ibi linguam eorum: ut  
non audiat unusquisque vocem  
proximi sui. Atque ita diuisit  
eos dominus ex illo loco in uniu-  
ersas terras: et cessauerunt  
edificare ciuitatem. Et idcirco  
vocatum est nomen loci illius  
babel: quia ibi confusum est la-  
bium uniuerse terre. Et in-  
dulsit eos dominus super faciem cum-  
cray regionum. Tu autem.

**Nocte. xxxij. Lco. i.**  
**H**ec sunt generationes  
sem. Sem erat centum anno-  
rum quando genuit arfaxat: bien-  
nio post diluuium. Vixitque  
Sem postquam genuit arfaxat  
quingentis annis. et genuit fi-  
lios et filias. Porro arfaxat  
vixit trigintaquatuor annis: et  
genuit sale. Vixitque arfaxat  
postquam genuit sale tredecim tri-  
bus annis: et genuit filios et  
filias. Tu autem **Lectio. ii.**

**S**aleque vixit triginta annis:  
et genuit heber. Vixitque sale  
postquam genuit heber quadringentis  
gentibus annis et genuit fi-